

Colige S. Gertrudis

liberatum **Q**uedā religiosa matro  
na nōmine Adella ad monasteriū  
venit et d' virtutib' sancte Bertru/  
dis dubitans cuz vna dei famula  
ibi manente cōtentionē habuit **I**n  
festo autem sancte Bertrudis co/  
medentib' cū graciapactōe sorori  
bus predicte matrone filius puul'  
quē delicate diligebat huc illuc qz  
iocando discurrens in fontem ceci/  
dit et tādiu qusqz sorozes de men/  
sa surgerent ibi iacuit **U**na autem  
de sorozibus superuenit et matro/  
ne filiu in fontē cecidisse ac mortu  
um esse **T**ūc illa q tantū de virtuti  
bus sancte Bertrudis cum matro  
na cōtenderat exclamauit. **H**ec tu  
fecisti sancta Bertrudis. quia ma  
ter eius nolebat credere virtutib'  
tuis s; obsecro te p dominū vt euz  
resuscitare digneris **T**ulit ergo in  
fantem et iuxta lectū sancte Bertru  
dis posuit **Q**ui miro mō subito cū  
dīs aspicientibus surrexit **O**mnēs  
aut q ob remediū aie et corpis ad  
sepulcrum virginis confluentes cū  
dei amore auxilium querebant sa/  
ni et incolumes redibant **P**lurimi  
etiam vinculis constricti eam in ne  
cessitate sua deprecabantur et stati  
solutis vinculis liberabant. **N**otā  
dum q circa imaginez sancte Ber  
trudis solēt mures et glires depin  
gi. **H**oc nihil aliud significat nisi q  
sancta virgo dyabolū q per tales  
viles bestias tenebras diligentes  
designatur superauerat. et q alios  
quoscunqz potuit de tenebris i qui  
bus talia animalia ābulare consue  
uerunt ad claritatez eterne lucis p

suam sanctā vitaz et doctrinam re/  
uocare laborauit.

**De sancto Quirino.**

**Q**uinto loco a beato petro  
apostolo sedit alexāder q  
senatorum maximam par  
tem conuertit. ita vt prefectuz her  
mem cum vxore et sorore et filijs ba  
ptisaret. cum milleducentisquinq  
ginta seruis suis et vxozibus eoz  
et filijs **C**um hec autez ad traianū  
peruenissēt misit aurelianum comi  
tem vt interficeret omnes christia  
nos **Q**ui ingressus vrbē ad sugge  
stionem pontificum templozuz her  
mem prefectū vrbis in vincula mi  
sit et sanctum Alexandrum in carce  
rauit **I**gitur dum hermes habere  
tur in vinculis apud quirinū tribu  
nuz. tribunus dicebatur q mille mi  
litibus perat. **D**icit ei tribu'. **Q**ue  
ratio vt vir illustris tantum hono  
rem pdere cōnimitter ferat? **S**āt'  
hermes dixit **E**go prefedurā nō  
pōidi. sed mutauī. **D**ixit ei **Q**uirī  
nus **M**iror te prudentem viruz ad  
tantā stulticiā deuenisse. vt creois  
te extra hanc vitam aliquid habi  
turū. **H**ermes dixit. **E**t ego ante  
hos annos deridebā veram vitaz  
et istam carnaliē vitā esse vtilē dice  
bam qusqz alexander papa me do  
cuit. **A**udiens hoc **Q**uirin' iratus  
dixit **C**ur mihi scelerati hois nomē  
indicasti quē ego i vinculis habeo  
forsitan pro suis sceleribus exuren  
dus **S**ed si qu. d potest liberet se et  
te. hermes dixit dño meo iesu xpō  
in cruce posito dicebāt iudei vt de  
scendēt et tamē nō descendit. **Q**uirī



nus dixit. **E**go triplicabo vincula  
et custodes super **A**lexandrum et si  
cum apud te inuenero cenandi ho-  
ra. omnia que mihi dixerit credam.  
**Q**uod cum fecisset. orauit **A**lexander  
dominum. habito prius nuncio ab  
herme de re facta. vt salua passio-  
ne mitteret sibi angelum qui eum prouocet  
ad sanctum **H**ermem. **N**octurno igitur  
silentio affuit puer quinquennis fa-  
culam ferens ardentem in carcere.  
**C**ui **A**lexander non credidit nisi fle-  
tendo genua secum oraret. et dicē-  
do orationem dominicam perduxit  
eius angelus ad **H**ermem in domum  
**Q**uirini intra clausuram cubiculum. **V**e-  
niens autem **Q**uirinus inuenit eos  
extensis manibus sicut orantes. **C**um  
**Q**uirinus hoc magicis artibus at-  
tribueret dicit ei **H**ermes. **I**deo fa-  
ctum est. quia dixisti te crediturum. si  
nos in vnum videres non nostre eua-  
sionis causa. **N**am ipse dominus nos-  
ter **I**esus christus benefactorum se  
manifestauit in diuersis. dum illumina-  
ret cecos. mundaret leprosos. mor-  
tuos suscitaret sicut mihi factum est  
vt isti sancto **A**lexandro crederem  
qui vnicum meum filium in languore posi-  
tum et eductum cum sacrificiis in ca-  
pitulum. **E**ademque mortuum ad vi-  
tam reuocauit. **N**am eius mater cum  
moreret dicit mihi. **S**i ego cum bea-  
to **A**lexandro intulisset. incolumem  
habuissem. et ei tunc cecitatem suam  
obiecissem. et illa credendo iussit ad  
**A**lexandrum. et sana videndo fuisset  
reversa. imponensque mortuum filium  
meum in humeris suis. et currens periecit  
ad pedes sancti **A**lexandri. et cum

ipse oratione facta sanasset eum et mi-  
hi eum viuum reddidisset. mihi me ad  
pedes eius rogans eum vt me face-  
ret christianum. et ex eo credidi chri-  
sto. **N**unc igitur in expedito positus  
nec confiscationem timeo. nec offen-  
sam hominis morituri pauesco. spe-  
rans me partem habere cum his qui  
pro christi nomine ad martiris coro-  
nam peruenerunt. **A**udiens autem  
hec **Q**uirinus dixit habeo filiam aspe-  
ctu decoram sed gutturosam. quaz  
si sanauerit vobiscum christum con-  
fitebor. **C**umque **A**lexander cum mi-  
fisset vt adduceret **E**uentium et **T**he-  
odulum presbyteros qui erant in eo-  
dem carcere interim venit puer ille  
cum facula ad puellam. dicens. **S**alua  
esto. et in **V**rginitate permane et ego  
faciam te videre sponsum tuum qui  
pro amore tuo sanguinem suum fu-  
dit. **R**ediens igitur pater eum presby-  
teris. inuenit filiam suam sanam. **T**unc  
cum omnes vellet liberos emittere  
de carcere. ad iussum beati **A**lexan-  
dri **Q**uirinus ad omnes in carcere  
clamauit dicens. **Q**uicumque volue-  
rit fieri christianus veniat et qui ba-  
ptisatus fuerit. vadat liber quocumque  
voluerit. **C**umque venissent omnes ad  
sanctum **A**lexandrum. predicauit eis  
de incarnatione passione et resurre-  
ctione domini. **E**t baptisati sunt **Q**ui-  
rinus cum filia sua **B**albina et omni  
domo sua. omnesque qui erant in cu-  
stodia. **Q**uod percipiens aurelianus  
iratus valde iussit ad se educi **Q**ui-  
rinum et dixit ei. **E**go te quasi filium  
dilexi. tu autem resistis mihi deceptus  
ab **A**lexandro. **D**ixit ei **Q**uirinus



Ego christianus factus sum Si vis  
occidere aut suffigare vel incendere  
me. aliud non ero. Naz omnes qui  
erant in carcere feci fieri christianos  
et dimisi eos et noluerunt usque ire.  
Et ad martirium omnes parati sunt.  
sicut esuriens ad epulas. Tunc Au-  
relianus fecit ei linguam abscindere  
in eculeo torqueri. ubi dum tortus  
et in Aureliani non cessaret iniurijs  
iussit ei manus et pedes abscindi et  
tandem decollari et corpus eius ca-  
nibus proici. Venientes autem chri-  
stiani corpus eius collegerunt et se-  
pulture tradiderunt. Filia vero eius  
Balbina in sancta virginitate per-  
mansit. Cuius ab Aureliano decolla-  
te corpus Theodora collegit et se-  
peliuit non longe ab urbe Roma iu-  
cta preem. Et passio celebratur die  
prima sequenti. Post aliquot annorum  
curricula translatus est corpus sancti  
Quirini per quandam abbatissam  
in opidum super renum situm nomine  
Nusia ubi iam multis claret miracu-  
lis. In quodam claustro ordinis  
cisterciensium frater quidam infirma-  
batur morbo fistule. qui morbus vo-  
catur sancti Quirini eo quod sanctus  
Quirinus dei gratia multos a tali  
morbo liberet. Igitur frater ille in-  
firmus cepit supplicare abbati ut da-  
ret sibi licentiam eundi ad sanctum  
Quirinum. Abbas vero respondit  
fratri peregrinationes in ordine esse  
prohibitam et non dedit ei licentiam.  
Frater autem iterum atque iterum in-  
stetit apud abbatem suum pro licen-  
tia. Qui omnino negauit. Tunc fra-  
ter ille infirmitate cogente sine licen-

tia perrexit ad sanctum Quirinum  
in Nusia. Et sanus factus reuersus  
est letus ad claustrum suum. Dicitur est  
autem abbati quod frater ille iussus ad  
sanctum Quirinum et sanus factus venisset  
ad portam claustrum. Respondit abbas  
Non possum credere sanctum et martirem  
christi esse. Quirinum qui contra christi  
regulam fratrem inobedientem curauit.  
Illa curatio a deo non est ubi corpus  
sanatur et anima occidit. Hoc dixit et ad-  
iecit. Ab hac hora non recipiam fra-  
trem illum. nec credam Quirinum esse  
sanctum. nisi talis restituatur mihi frater  
ille qui hinc recessit. Mira res statim  
inuenit frater illum morbum a quo libera-  
tus fuerat. Quod cum nunciatum fuisset  
abbati. respondit. Modo credo Quiri-  
num sanctum et martyrem christi esse.  
iussit intrare fratrem. Sequenti die insti-  
tuit abbas orationes fieri pro illo infir-  
mo fratre. Quo factio ad plenum sana-  
tus est. Et ecce hic triplex miracu-  
lum. Sanctus Quirinus primo sana-  
uit infirmum licet inobedientem. postea  
pro inobedienti a puniuit eum faciens  
in eum infirmitatem redire. Iterum  
orante conuentu ad plenum sanauit.

#### De sancto Seruacio episcopo

**H**erunt in iudea due sorores  
mulieres sanctissime. Anna  
scilicet. et Eimeria. Anna  
ut notum est fuit mater  
virginis. Eimeria vero Elisabeth matrem  
Johannis baptiste et Eliud fratrem eius  
peperit. Eliud autem genuit emu. Emu  
itaque relictis parentibus et patria  
cum uxore sua Memelia intrauit ar-  
meniam. ubi ex uxore sua genuit san-  
ctum Seruacium. Hic in quarto gra-